

*Et attulit vacem suam, signans caput eius in crucis modum, ac dicens:
Nunc et semper. Respondent: Amen. Qui vero ordinatur, adorat usque
ad terram¹); et surgit rectus, postquam episcopi dexter as suas a lateri-
bus eius renoverunt, librungue evangelii unacum eo, a quo sustinetur,
ab eius dorso elevarunt. Tum Maaphram et Biruman super altari pannum;
virga autem ad parietem stat iuxta altare; quas omnes archidiaconus
affert. Precessit autem circumdatum eum Mataphra, et induit Biruma, et tradidit
virgam in manum eius dexteram: et signat eum crux signo in fronte¹
palice suo dextro, ab inferiori parte ad superiori, et a dextra ad sinistra
stram dicens:*

*Segregulus est, sanctificatus est, perfectus est, consecratus est talis
in opus magnum episcopalis loci N. aut civilium, aut dioecesis tali, et
omnis dilectionis ejus; in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.
Respondent: Amen. Et osculator eum praesul in capite, benedicens
ei voce, quam is audire possit, ac dicens. Perfici te Deus ad opus justi-
tiae usque in saeculum.*

*Postea apprehendit illius manum, et collocat eum in ordine suo ad
dexteram suam, vel sinistram secundum praecessionem sedis eius. Tum
acercent presbyteri, et diaconi et salutant praesulim, et eum, qui ordinatus
est. Et incipit praesul canitum cancellorum. Et dum dicunt canitum,
salutat praesul altare, et convertit faciem suam ad occidentem. Deinde
archidiaconus adductus ordinatum ad altare, baculum de manu ejus tollens;
ille vero salutat altare, et pontificem, statque in loco suo cum decoro.
Tum reddit illi baculum suum. Qui vero intra cancellos sunt, accedunt
unquisque secundum ordinem suum, et subulant altare, pontificem et or-
dinatum. Egregiantur autem presbyteri et diaconi ad bema, portantes
luminaria, et thuribula, unusque de presbyteris portat crucem, et pontifex
procedit cum eo. Dumque pontifex dicit: Gloria, ascendunt ad bema, et
archidiaconus intonat: Pax. Pontifex vero orat dicens: Tibi Domine et
Sanctus.*

*Sunt autem episcopi, unusquisque iuxta primatum sedis suae. Dum
que lecito sancta² inchoatur, accedit archidiaconus, omnivisque baculis
tallens in patriarcham (domum patrum) defert prueter baculum prea-
sulim. Scito autem, quod lex erat antiqua, ut ab eo tempore, quo conse-
crantur episcopus ad altare accedebat, donec absolveretur postrema ora-
tio, quae est: Deus magne, qui a saeculo, evangelium super dorsum ejus
ponerefetur, nec tolleretur; sed hanc consuetudinem abrogarunt patri-
archae^{**}). Sic quoque canonem, cuius initium: Christe, qui servis suis,
Sanctus.*

¹ A inter oculos. — ² A prima, quod et Assemanus junior in aliis codicibus
haberi notat.

*) Ab initio ordinationis usque ad hunc locum jubetur ordinatus flexo
utroque genu divinam gratiam suscipere. Antequam autem ergatur, ad ter-
ram usque prostratus adorat.

**) Nemirum voluerunt patriarchae, ut evangelium ordinando imponere-
tur, cum consecrator dicit: Divina gratia et: Deus noster bone, dumtaxat;
non vero cum dicit: Deus magne, qui a saeculo.

*dicebant antiqui. Sed hunc etiam abrogarunt patres patriarchae, ejusque
loco jusservent dici canitum cancellorum, cum quo ad hanc egrediantur;
Alque ita perficitur ordinatio episcoporum, qui recens ordinatur a
metropolita aut patriarcha. Hic etiam modo observatur, a
quum metropolitis ordinantur. Verum addunt in ordinatione metropolitae
in oratione: Deus magne, qui a saeculo: haec verba. Ut faciat virtute
doni sui episcopos et presbyteros et diaconos etc. Et praedicit eum archi-
diaconus sic: Qui ordinatur et constituitur metropolita ad ecclesiam etc.
Et respondent: Decet et convenit, bis in ordinatione metropolitae. His
addant sex metropolitas^{*}), Elam, scilicet, et Sohae, et Peraih-Mesenae,
et Assiriae, et Beth-Garmae et Halavane. Per ipsum quoque per-
ficitur electio patriarchae, postquam ex hoc saeculo migraverimus. Et
haec dilucidationis causa annottinus^{**}). Explicit.*

Confirmatio episcoporum a patriarcha.

Item ordo perfectionis episcopi a Catholico.

*Primum solignant odas pro respertinis et nocturnis horis ex officio
Apostolorum et dedicacionis ecclesiae de more. Marea autem factio, hora
terita procedit patriarcha et episcopi cum eo, ornati Biruniis et barulis. Qui
autem perficiuntur, dicitur capiti imponat venum, et procedat post patri-
archam, similiram vestimentorum ejus apprehendens et inclinatis, quasi ad
eum confugiens. Et incipi praeus canitum communem: et venientes ad
altare introeunt. Is vero, qui perficitur, stat in ordine presbyterorum:
et incipiunt: Pater noster, qui es in caelis: Archidiaconus intonat: Pax.
Praesul orat. Perfectione, Domine, quae a te est, et aptitudine, quae
a te conceditur, perfice et consumma in servo tuo donum munera tui,
qui per patrem communem Dominum capit religiositatis (sumnum hier-
archam) perficitur in nomine tuo, et consummatur dextera tua, et bene-
dictio, ut possideat virtutem in regiunie gregis cui sibi commissi, grata
et miserationibus tuis, Domine universorum.*

*Et incipit: Memento Domine; tono: Peregrinus, eoque absolute
orat: Ejus perfecte, qui natura tua perfectus es, et divitiis perfectionis
tuae consummantur ac perficiuntur omnes illi, qui ad perfectionem al-
iquam veniunt, virtutem tuam, quae perfecti nondum perfectos, copiose
diffunde super electum tuum, ut perficiatur in opere episcopatus sibi con-
cediti et cœte stet in passione sua. Domine omnia donorum bonorum,
Pater et Fili.*

*Et incipit canitum. Christe, qui elegisti Apostolos tuos. Gloria:
Apostoli electi et sancti. Canon. In multitudine. Quoniam fecisti eum.*

*) H. e. noniua singulorum metropolitarum enunciant, ac praecipue sex
metropolitarum, a quibus patriarcha ordinari solet.

**) Verba sunt haec Jesuji Adjabei, qui Pontificale Nestorianorum
emendavit. Significant autem, hoc ritu non solum episcopos ordinari posse,
sed etiam metropolitas et patriarchas, eti pro patriarchis alius ordo inesti-
tutus sit.

Christe, cuius virtute perficiuntur et consummantur gradus sacerdotii, tu, Domine, virute tua servum tuum virtute Spiritus Sancti, quemadmodum perfecisti discipulos tuos iis benedictionem impiens.

Eodem. Christe, qui Apostolis tuis sanctis dedisti claves thesaurorum tuorum spiritualium, da, Domine, nunc huic servo tuo spiritum, et virtutem, atque perfectionem, ut pascat populum tuum et liget, ac solvat justus in caelo et in terra.

Eodem. Per dexteram apostolicam; per quam acceptit Paulus perfectionem, et per quam communicavit cum ipso Barnabas in praedicatione; per ipsam perficiatur, qui te adorat, ut regat populum tuum castae.

Eodem. Christe, qui Paulum ex alto vocasti ad evangelium tuum, et impositione manus Petre etiam illum perficisti, perfice, Domine noster, adorantem te dono obumbrationis gratiae tuae.

Alius. Vox de caelo. Ibunt de virtute. E virtute, Domine noster, in virtutem exolle adoratorem tui, et eleva; eique concede perfectionem, quae ex te est, per orationem sacerdotum tuorum sanctorum.

Eodem. Perfice, Domine noster, clementia tua, servum tuum virtute gratiae tuae, ut oves gregis tui regat in semitis mandatorum tuorum.

Eodem. Virtutem gratiae Spiritus Sancti perfice, Domine noster, adoratorem tui, ut pascat oves gregis tui cum mansuetudine et suavitate.

Tono: *Beatus qui.* E virtute, Domine noster, in virtutem extolle adoratorem tui, et eleva; tuaque perfectione consumma eum, et perfice, ut possit sine offensione semitam mandatorum tuorum currere. Caput autem ejus corona Spiritus Sancti luce intexta exorna, et da ei virtutem et robur, ut vincat malum dolosum, tumisque gregem pusillum et debilem enutriat cibo spirituali; atque oves tuas, quas in manus ejus commendabo, pascat in charitate et timore; ut cum veneris tu plasmator in fine ad judicandum omnem rationalem, audiens illum facias eam vocem: intra in regnum meum, et in ipsum deportare.

Eodem. Perfice, Domine noster, clementia tua servum tuum, per virtutem gratiae tuae, eumque perfectione tua consumma, ut pascat cum mansuetudine gregem tuum, et regat oves pascuae tuae; da etiam ei virtutem de virtute tua, ac ornata illum ornamento pulchritudinis tuae, corona quoque decoris tui corona eum; personamque ipsius illumina luce tua, et splendore ac nitore virtutis tui; adjunge ei virtutem adjutorii tui, ut ambulet sine macula in via tua, et sine reprehensione in semita tua; custodiatque verba, quae in annunciatione tua; et intelligat mysterium adventus tui; ac meditetur in mandatis tuis, perficiatque omnia praecipa tua; et cum veneris in fine cum gloria tua ad judicandum omnes creaturas tuas, intrerit in regnum tuum tecum, et in thalamo lucis tuae deliciis affluat.

Eodem. Sacerdotem, quem elegit dextera tua ad gradum summi sacerdotii, imple, Domine noster, Spiritu Sancto, ut sit sanctificator fratribus tuorum.

Eodem. Spiritus, qui descendit super Apostolos in coenaculo, et sapientes eos reddidit, ipse descendat super servum tuum, ut pascat oves tuas caste.

Archidiaconus intonat: Pax. *Praesul orat.* Qui natura a saeculo perfectus es, quique essentialier perfectionem possides, perfice Domine cum religioso tuo isto gratiam tuam, et effunde per manus ejus donum tuum, ut sit perfectus in pontificatu, quem ei credidisti, Domine graduum prefectorum, largitor donorum spiritualium, Domine universorum.

Et incipit. Ad te levavi. Perlige donum tuum, Domine noster, cum seruo tuo. *Cumque absolerit, non orat, sed imponit evangelium dorso ejus;* non oportet autem, ut legat super eum, quoniam semel lectum fuit super eum. *Quod si legere rolerit, recitat lectiorem Pentecostes, non vero:* Caesareae Philippi. Patriarcha dicit, Gratia D. N. J. Christi, quae semper. *Vide in ordinatione episcoporum.* Et signat seipsum. *Respondent:* Amen. *Archidiaconus intonat:* Pax. *Praesul imponit derderans suam capiti ejus, qui perficitur, dicens:* Deus noster bone. *Vide eam a dextera tua post:* Graia Domini nostri. *Et signat caput ejus, qui perficitur.*

Tum archidiaconus praedicat: Altollite oculos vestros in altum, et postulate misericordiam a Deo clementi pro N., qui perficitur episcopus. Non dicit: pro N. presbytero, ut imperiti dicunt. *Et respondent:* Decet et convenit: *semel praesul vocie tenue pro:* Deus magne, qui a saeculo, dicit. Gratia D. N. J. Ch. et charilas Dei Patris, et communicatio Sancti Spiritus, qua ordines omnes sanctae Ecclesiae continentur fluuntque; perficiatur tecum misericorditer, perficiatque te omni dono pontificatus, quem accepisti ad aedificationem Ecclesiae Dei, et gloriam sancti et gloriosi nominis ejus. *Attollit vocem:* nunc et semper. *Et signat super caput ejus.* *Respondent:* Amen.

Et tollant evangelium a dorso ejus. Qui vero perficitur, adorat, et surgit. *Archidiaconus autem accipit Macpharam de altari, traditque Catholico, qui eam illi aptat: tum Biruna, cum induit, et baculum in manum ejus tradit, signatque eum in fronte, dicens:*

Segregatus est, sanctificatus, perfectus et consummatus est N. in opus magnum episcopatus civilis N. toliisque ditionis ejus. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. In saecula.

Et signat eum in fronte cum invocatione nominis Patris etc.

*Oratio ** dicenda a praesule, dum induit ordinandum Macphara. Induat te Dominus pallio (seu casula) lucis in ordine isto pontificatus, et autem presbyteri, et diaconi, et salutant altare, patriarcham, et eum, qui perfectus est, procedantque cum hymno cancellorum in bema. *Atque ita perficiatur ordo episcoporum.*

*Oratio ** dicenda a praesule, dum induit ordinandum Macphara. Induat te Dominus pallio (seu casula) lucis in ordine isto pontificatus, et custodiatque summi sacerdotii et sacrificet membra tua in castitate, teque dignum offici revelatione facierum in manifestatione ipsius, adiutorio suo, quod tibi opitulatur. Amen.

Ad Biruman. Sola haec principialis, quae ex hoc altari perfecta est, et occulta accepit virtutem caelestem, te ornat manifeste, ut oves tibi concretas perfecta ac pura cura pascas, et cum Apostolis sociis dice hic repositae sint, eo quod etiam a patriarcha in perfectione dicantur.

*) Orationes istae ad ordinationem episcoporum pertinent, licet in codice hic repositae sint, eo quod etiam a patriarcha in perfectione dicantur.

tuis tradas talenta tua Domino tuo, ac audias ab eo verbum, quod te
lascifet, atque cum ipso delecteris bonis indeficiens ac sempternis.
Amen.

Ad oculum).* Claves domus Simonis, qui traditae sunt oeconomicis diligenteribus, et pastoribus peritis ad dispensationem divitiarum spiritu-alium, et ad ligamen, et solutionem in coelo insimul ac in terra, atque ad apertiorum portarum miserationum tradit tibi Spiritus Paracletus, qui te telegit, prout placet dominationi tuae; ut per illas facias voluntatem ejus omnibus diebus vitae tuae in ovili Christiano in saeculum. Amen.
Ad eirgam. Virga fortitudinis et potentiae, quae ex Sion intellexuali missa est ad te, ut per eam pascas status christianos et gradus orthodoxorum, illa te corripiat, et per eam corripiat eum, qui per te dirigitur, ut per orationes tuas perveniat ad portum vitae et lucis. Et tu, ac oves tuae ad regnum coelorum perducantur, et in sessione dexteraria in accubitu justiorum custodiantur cum sociis tuis per gratiam benignitatis Domini tui. Amen.

Ad ordinandum: Quia dignum fecisti, Domine, humilem servum
tuum supra omne meritum opere duplicato perfectionis negotiationis istius
sublimis talentorum, quae spiritualibus exopiabilis est, terrenis desidera-
bilis, et daemnonibus terribilis, quae per gratiam negotier, et quibus
dilectus etiam alios ditem; ita, Domine mihi dignam tacum humiliatem mean,
et adjuta, ut in dupium laboribus operum virtute praeditorum offeram
ea dominationi tuae, virtute gratiae tuae, et auxilio miserationum tuarum,
omnibus diebus vitae meae etiam, et Amen.

Consecratio patriarchae.

Rem Ordo impositonis manus Catholicorum

Domine noster adjuva me per tuas miserationes. Amen.
Perficier autem in ecclesia magna Cochesi in Mahuza **, quum con-
gregantur ad constitendum patiar chancery ***), iuxta traditionem et defini-
tionem religiosi Marahae Catholici, et sanctae memoriae Domini Gabrieles
metropolitae Perath-Mesenae, seu Bassorae: et secundum ordinem Domini
Noriani metropolitae Nisibis.

*Ordinatio autem et electio patriarchatus nunc in modum p-
Postquam patriarcha ab ecclesia migravit, conceniant sacerdotes, episcopi
et fidelis plebs, hoc est, medici et scribae *), qui in urbe pacis Bagdad
commorantur. Tunc arcessint episcopum Cascarac, si quidem in oīois
est: ipse enim est caput episcoporum provinciae magna et patriarchalis **),
idemque dexteram patriarchae tenet, ejusque sedem vacante custodit.
Quod si mortuus est, arcessunt episcopum Zabariūm. Et si hic non adsit, epis-
copum Hirtæ et Akulae. Quo defuncto 1 episcopum Pheros-Sapor, quae et
Anbara. Et hoc absente episcopum Niphara, atque ita unum post alterum,
donec ad episcopum Korsue devenient. Quumque is advenerit, sedet in
domo patrum 2, omniisque munia patriarchatus implet, praeter ordinatio-
nem episcoporum, et excepto, quod baculum non teneat, nec Biruna ultur.
Exactis autem tribus mensibus scribit ad cunctos episcopos et metropolitas,
ut in urbem pacis adveniant: quorum si quis morbo, aut aliquia infi nultate
impeditius fuerit, suffragium suum propria manu scriptum per eos, qui ad-
veniant, episcopos mittit. Metropolitum autem unusquisque secum ad-
ducit tres episcopos ex sua provincia. Tunc vero communis sententia per-
sonam eligant iurata canonem et definitionem, consensum autem suum*

*praestantes episcopos omnes regni, res per episcopos, primores et fidèles Baydali peracta fuerit, Cunque res patres, presbyteri, diaconi, populusque fidelis conferunt se ad civitates patres, presbyteri, diaconi, populusque fidelis conferunt se ad civitates Arsaciam et Ctesiphonem. Postquam autem e navibus descendunt, incipit electus caniticum istud: Erigens de stercore: qui erigitur, e pulvere, quod vide feria 3, hebdonialae 3. *jejunii*. Ipsi vero responsori ex caniticis occursum, donec monasterium patriarchale ingrediuntur, ubi quescent usque ad horam officii vespertinai. Tum surgunt metropolitae, et episcopi, suaque ornatu et *Birwini* induit, et baculos tenentes, incipiunt, patet noster, qui es in caelis. *Praesul*³. *Jaculatoria*. Fundatorem ejus. Et: sicut incensum. Dextera Domini, quae omnes vocat festorum; ambe: Magister noster. Post. Si Marad regnum. Gloria. Benedictus sit Christus, qui induit. Dominus virtus est. tyres, aut: jam veritas. Dominus dabit virtutem. Virtute Spiritus tui corroborati sunt Apostoli sancti, Salvator noster, et egressi sunt ad bellum contra Malignum et virtutes ejus. Atque eiusquis exercitus eius debellarunt: modo vero, postquam viceerunt omnia*

*⁴⁾ Pontifices Syri et Armeni loco cerei bisulci seu trisulci, quem Graeci *τρικύπον* et *τριψύπον* vocant, cruce parva argentea vel aurea utuntur, ex qua velum penderet, eaque populum signant; sed est et aliud velum, quo perficiens episcopus caput suum tegere jubetur in Pontificali Nestorianorum.

^{***}) Vide dicta p. 242. nota ***), et T. I. p. 3. n. 2.
^{***}) De electione patriarchae vide Bibl. Or. T. III. P. 2. p. 648. seq. Antea

Modianae seu Seleuciae in ecclesia Cocheni omnes fere patriarchae electi et ordinati perhibentur. Postquam vero Calfarum Saracenorū sedes Bagdadum transalata est, ibi etiam dominicum snum patriarchis figuratis lex lata est, ut in eadem urbe in coenobio patriarchali fieret quidem novi Catholicī electio, sed illius consecratio non alibi quam Seleuciae in Cocheni ecclesia, quae a Mari fundata dicitur, estisque ecclesia patriarchalis, juxta antiquam consuetudinem perficeretur. (Bibl. Or. T. III. P. 2 D. 661).

*¹) Primores laici, quales erant Architri, scribase aliquae christiani Calipharium principumque infidelium ministri, qui in aula regia plurimum valabant, suam in electione patriarchae open conferunt. Vota populorum requiruntur in universo electionum negotio apud Syros. Nestoriani vero patriarchae ex familia Mamae, qui ab anno 1500 ad hunc usque diem throno patriarchali in Mosulana civitate incubarunt, alium induxerint morem. Per designationem successor creatur. designatar nimirum poer

**) *Est Provincia, quae patriarchae ut metropolitae specialiter subest.*

certamina, en obsecrant tuam dominationem, custodias Ecclesiam tuam a Malo et virtutibus ejus. Nosque omnes dignos fac, qui ingrediamur cum ipsis in thalamum lucis ad canendum gloriam dominationi tuae.

Gloria. Apostolorum castorum, et sanctorum Jesu Redemptoris nostri amicorum, Petri et Pauli, columnarum Ecclesiae sponsae Altissimi, qui praedicarunt mysterium magnum, et docuerunt in orbe creaturarum Trinitatem laudandam, posueruntque fundamenta ejus super peiran fidei: oratio ipsorum sit mirrus animabus nostris adversus omnes noxas, et per eum liberemur a Malo et artibus ejus, dignique flamus, qui cum ipsis canamus gloriam in regno. *Et in longant proclamationem, quamque pertenerent ad illud:* Pro patre nostro: *discunt: Pro sanctis paribus nostris: proferuntque nomina metropolitarum et episcoporum, unum post alterum iusta ordinem sum.* *Et ita in secunda (proclamatione).* *Lende: Sanctus: festorum. Jaculatoria.* 1. Dominus regnavit, et decorum. 2. Cantate Domino canticum. *Initium.* Dominus regnavit. Irascantur. *Tono.*

Fundamenta ejus. Canticum proprium diei. Adjunge. Venite populi. Pater noster, qui es in coelis.

Et vigilant virginiam (hoc est: dicunt nocturnum officium) incipientes ab initio Davidis (psalmorum) cum canibus et canonibus.

Sessio prima. Apostoli, qui fuerunt fontes benedicti in terra: *Et mutationes ejus.* *Et cum tempus suppetit, dicunt sessionem secundam: Dono: et socias: Adde: Fontem vitae. Et mutationes ejus. Gloria. Lampades lucis. Canones Apostolorum. Hymnus.* Benedictus Dominus, cuius servi dormiunt. *Canticum,* O sacerdotium. *Sessio, quae inter Confitemini: Apostoli, Cephas. Et socias ejus. Gloria.* E numero. *Sessio rō:* In aeternum tu es: Domine cum turba. *Et socias ejus. Gloria.* Pater, Fili et Spiritus Sancte. *Canon.* In Ecclesia confitebor Domino; In consilio. Apostoli postulate misericordiam a Domino omnium pro mundo, ut per orationes vestras custodiatur. *Hymnus.* Oratio Apostolorum tuorum. *Et proclamatio. Canticum:* In quatuor fines¹.

Et deinde ingrediuntur ad altare metropolitae, episcopi, presbyteri et diaconi, ac dicunt: In aeternum es: *inter Catholicos. Tum cantus vigilium.* Coeli enarrant. *Ton. Dominus regnavit, et decorum. Secundus.* Exaltabo te Domine: *cum tono ejus. Teritus:* Laudate Dominum de coelis. *Ton. Si Dominus. Adde.* Cantate Domino canticum in Ecclesia. *Responsorium noctis diei occurrentis. Adde.* Ut magister noster. Apostoli, quos elegisti Redemptor noster. *Et socias ejus. Gloria.* Benedictus, qui vos magnificavit. *A saeculo.* Christe ne derreas nos. *Canon.* Beatus qui. *Laudate Dominum.* Laus virtutum tuae, Salvator noster, qui Apostolos in caenaculo replesti Spiritu Sancto. *Hymnus.* Confessio bono. *Ton. Peregrinus.* Et intonant proclamationem, patrum nomina commemorantes. *Et incipiunt psalmos matutinos.* *Tum vero metropolitae et episcopi cancellos ingrediuntur:* clerici autem; et scholastici, et populus in templo stant. *Patres vero ornantur Maaphris, Biruni, baculis, universoque sacerdotiorum apparatu.* *Incipit autem metropolita Elam, qui proximus ipsum sequitur.* Deus noster misereatur. *Aut.* Confitemini Domino, et invocate. *Aut.* Memento Domine. *Et in-*

cipiunt cantum: Pater noster, qui es in coelis, totum, et reliquos cantus occursum, unum post alterum.

Et procedunt ad scholam extra coenobium: deinde redeunt ad altare. Cumque cancellos introierint, electus in diaconum^{*} introducitur, patrum tunica^{**} indutus, et stola seu orario amictus, in ordine presbyterorum coram ipsis stat. Archidiaconus, qui est Cascae episcopus, intonat: Pax, orarium humero impositum gerens. *Præsul orat.*

Te, qui pontifices ungis gratia tua, et necis diademata omnium principatum, qui omne, quod vis, facis, et quod pebis, praestas et perficias in coelo et in terra, supplices deprecamur ac petimus, effunde Do- fice in super servum tuum hunc, quem elegisti in ministerium hoc ex- celsum gratiae tuae, et reple eum spiritu doni tui, ut provide stet in capite populi tui, et secundum voluntatem tuam pascat greges signatos tuo signaculo sancto. Largitor donorum spiritualium Domine univer- sorum.

Metropolita consecrator incipit: Misericordiam Domini in aeternum: voce distincta, usque ad illud: Testis in coelo. *Antiphona:* Gratia illa, et donum illud, quod descendit et habitat super discipulos, ipsa Domine descendat, et ipsa Domine inhabet super adorantem te usque in saeculum. Tibi commando claves thesauri spiritualis, ut liges et solvas omne, quod est in terra et in coelo: epitropum (dispensatorem) regni coelorum te facio, dispensa divitias spirituales filii hominum.

Et orat metropolita, qui proximus venit post eum: Te, qui pontifices ungs etc. gregem tuum notatum signaculo tuo sancto Domine universorum. *Ponunt incensum, et incipit cantum.* Qui cuncta facit! *Gloria.* Sacerdotium Aaroniticum. *Tum orant omnes metropolitae et episcopi, qui congregati sunt, et incipit unusquisque ordine suo, initium cum canone recitans.*²

Oratio. Divitiae coelestes et sacerdotiales, qui descendit de coelo se inclinans, et in talentis istius aureis spiritum adoptionis filiorum expressit. Tu illuminasti tenebras generis nostri per abundantiam mundanam tuorum, quae illustrant animam, concede, Domine, adoratori donorum tuorum, tuo clavem thesauri gratiae tuae, ut per eam dispensem divitias vitae et positionem auxiliorum gregibus dilectis pascuae tuae signatis nomine tuo, Domine omnium.

Aut hanc. Effunde, Domine, virtutem gratiae tuae, et demitte divitias doni tui super servum tuum hunc, quem elegisti, reple animam ejus donis tuis spiritualibus; et da nobis, ut sinus cum illo unanimis in charitate et integritate vera fidei et spei, in toto sabbato nostrae vite, per adjutorium perpetuum, quod ex te, Domine omnium.

¹ A hic add. Et dicunt. — ² A orant . . . unusquisque ordine suo, unam ex quatuor hisce orationibus dicens.

^{*}) Diaconum vocant Syri eam templi partem, quae cancellis altaris clauditur.

^{**) Est alba presbyteris pontificibusque communis, quae styphario Graecorum respondet.}

Ait. Extende Domine Deus noster, et benedic servo tuo, eumque gratia tua sanctifica, concede etiam per manus ejus auxilia et dona tua divina, ut sine macula regat ecclesiam tuam sanctam et cum religiositate ac simplicitate cordis crescere faciat, dicit et pascat greges tuos; et diligens proideat recta oviibus gregis tui omnibus diebus vitae suea super terram, Domine omnium.

Ait. Dignum fac, Domine, servum tuum, cui credidisti passionem ovium tharum redemptiarum, et agnorum tuorum simplicium, et ordines ovium emplarum sanguine, qui effusus fuit pro omnium rationalium propitiacione, ut integrum corde et ductione manuum regat eos, et super prata (pascua) fortitudinis discubere illos faciat, et aqua quieta doctrinae potet; et a valle umbrosa mortis eripiat, et disponat coram eis mensam regie instruam veritate tua contra adversarium evangelii tui, ut saturentur, et impinguetur cor eorum Spiritu Sancto tuo sanctificante omnia, Domine universorum.

Et incipiunt canonem tono: Paree, et propitius esto.

Bonitatem fecit cum. Christe, qui ditasti Apostolos tuos per donum Spiritus, selige servum tuum ad passionem gregum tuorum.

Eodem. Virtus Spiritus Sancti, quae descendit et mansit in caenculo Sion super discipulos, ipsa Domine descendat super servum tuum. *Eodem.* Dominus virtus est. Mitte Domine, Deus noster, Spiritum sanctitatis, et illapsus maneat super caput servi tui, ut stet coram te cum suis oviibus in castitate. *Eodem.* Pastorem, quem segregasti et elegisti, Domine noster, ut pascat oves tuas sanguine tuo redempias, nepte grata Spiritus Sancti. *Tono:* Beatus qui. Deus iudicium tuum da: Christe summe pontifex, ex quo dimauat sacerdotium, perfice religiositatis (episcopatus) et gubernet ecclesiam electam; fac etiam illum dignum, qui cum puritate et virga verbi vivi pascat oves, quae sunt in omnibus finibus, et terminis, et locis; et sparge ac effunde super eum benedictiones, et munera cum donis, atque ipsum constitue magnanimum, Domine, in longitudinem dierum in veritate fidei.

Eodem. Christe, qui dedisti caetui pio Apostolorum probatorum puritate potestatem in Ecclesia electa, et in coelo, prout convenit etiam; concede per gratiam religioso coronam decoram gloria summi pontificatus praeciali, in ordine patriarchatus, ut pascat populum tuum cum vigilantia et mansuetudine secundum voluntatem tuam; et illum, qui perdidi est, medicina sanet; et omnes insimul ac unanimis glorificemus te assidue, et perpetuo.

Eodem. Christe rex regum, Domine noster, Jesu spes nostra, et honorificencia nostra, dignum fac servum tuum Deus noster, ut sit caput exercitui nostro, et pure regat caetum nostrum, pascat etiam totum gregem nostrum secundum voluntatem tuam, qui curam nostri geris, Fili Aliissimi, noster auxiliator; et in diebus ejus multiplicata nobis pacem, ac tranquillitatem, qui nos laetificas, ut ex ore nostro et lingua nostro ascentias ad te gloria omni tempore.

Eodem. Quia praevenisti eum. Respic de coelo Salvator, creator altitudinis, et profunditatis, ac vitae omnis huius et odoratus; et electi tui hujus idonei, quem charitate et anxiate elegimus, ut super nos

Catholicus praeesset, caput corona lucis tuae radio, qui splendet prae fulgere; hunc etiam illum omni honestate summi pontificatus, quae eidem congruit, et purum eum facio ac mundum, pastoremque vigilum et sedulum, qui Ecclesiam tuam sanguine tuo redemptam virga sermonis tui, et non securi pascat, uti convenit et descat; eamque ad portum tutum perducat, liberetque ab angustia tentationis et periculi mali, ac difficilis; et cum novissima tuba personat, tuusque adventus omnibus apparet, sursum gratia tua ipsum elevet in regionem, quae superior est omni angustia, et cuius gaudium non deficit. Ibi autem te collaudet sine silentio, et sine cessatione cum vigilibus.

Eudem. Christus fons religiositatis, et origo sanctitatis, qui ortus est ex genere nostro in fine ad refectionem omnium creaturarum; et ex populo pleno nequitia clegil, sibi coetum piun ad institutionem omnium gentium, eosque replevit gratia Spiritus Sancti sanctificantis, et dedit eis claves regni coelorum stabilis, ut sursum ac deorsum aequaliter ligarent et solverent justie; elige servum tuum electione bona ad opus patriarchatus, et unicione summi pontificatus unge illum cum omni convenientia et caput ejus caste exornia corona summi pontificatus; enim autem orna per amictum operum justitiae, et per Maaphram verbi tui vivi; et indue eum virga passionis, quae custos est omnium mandatorum, ut oves tuas et gregem tuum, quae ei commendasti, cum cibela pascat et omni vigilantia; et operare per manus ejus signa, miracula et prodigia, et cum veneris Domine noster in fine ad judicandum omnes creaturas, ad regnum tecum ingrediantur, tibiique psallat laudem novam.¹

Quod si per tempus licuerit, dicere poteris aliquos ex illis canonibus, qui descripti sunt supra in ordinazione episcoporum, aut alios, qui infra in fine describuntur.

Archidiaconus intonat: Pax: Princeps metropolitanorum orat: Dignum fac, Domine, servum tuum, cui ereditisti. Vide a dextera tua scilicet in ordinazione episcoporum. *Et incipit canonem istum:* Deus 2 missereatur. Effunde, et perfice gratiam tuam, Domine noster, cum servitu tuo. *Et dicunt:* Gloria: non tam orant; sed ponunt evangelium suum, qui congregati sunt, clara voce orationem istam.

Gratia D. N. J. C.; quae omni tempore deficitia supplet, cum beneplicito Dei Patris, et Filii ejus unici et virtute Spiritus Sancti ab omnibus adorandi, largitoris omnium honorum; etiam nunc Domine Deus, eligit in ecclesia tua Orientis Coches matris ecclesiarum Seleuciae et Ctesiphontis civitatum Arsaciarum, talern metropolitanam, aut episcopum, avt presbyterum, et monachum in opus magnum patriarchatus. Oremus omnes pro eo, ut adveniat super eum dominum tuum, Deus, et perficiat auctoritate tuae gloria omni tempore.

1 A. Pro his omnibus post quatuor orationes habet: Et dicunt canones duos, quorum 1. incipit Christi, qui Apóstolos tuos distasti, 2. Christi summae sacerdos. — *2 A.* add. in ordinatione episcoporum.

cum virtute, atque consummet in ministerio patriarchatus, gratia et misericordia Unigeniti tui, cui tecum et cum Spiritu Sancto gloria, honor, gratiarum actio et adoratio.

Attollit vocem consecrator. Nunc et semper. *Et signat se ipsum et respondent: Amen. Archidiaconus intonat: Pax. Et recitant metropolitae: Deus noster bone, dives in miserationibus tuis. Descripta est in ordinatione episcoporum. Si autem metropolita non fuerit, dicunt etiam super eum: Deus magne, qui a saeculo. Oportet autem, ut in ea addant: Et faciat in virtute nominis tui et doni tui metropolitas, et episcopos, et presbyteros, et diaconos. Et reliqua. Et hanc quidem precationem recitant metropolitae. Episcopi vero manum imponunt ei humiliat¹, ostendentes per hoc ordinatum et consecratum ipsius honore maiorem esse ac sublimiorum. Respondent autem: Amen. Aut dicunt pro: Gratia, quae supra descripta est, hanc aliam.*

Gratia D. N. J. Christi, quae semper deficiencia supplet ac perficit, cum beneficilio Dei Patris omnipotentis et Fili ejus disponentis omnia, et virtute Spiritus ejus cuncta perficiens, omniaque in omnibus operan- tis: etiam nunc mutu ipsius, quo cuncta gubernantur, elegit ecclesiae suaee sanctae talem metropolitam, aut episcopum, aut presbyterum, et monachum, in opus magnum summi sacerdotii patriarchale. Oramus omnes pro eo tamquam filii Paternitatis ejus, ut adveniat super eum abundanter donum Dei, quod ipsi per Spiritum Sanctum ab eo conceditur, et perficiat, consummet, ordinetque eum in hoc ministerio, gratia et miserationibus suis, ad stabilimentum ecclesiasticæ fidei, et ad perfectam perpetuamque populi nostri salutem: nunc. *Et signat seipsum.*

Et pro Deus noster bone, hanc: Deus noster bone, et benefactor. *Repete.* Dives in immensis miserationibus suis, et abundans in clementia Deitatis suae; tu, Domine, per multitudinem gratiae tuae ineffabilis posuisti nos, ut essemus meditatores istorum tuorum divinorum et coelestium, quae dantur ab auxilio dominations tuae, et conceduntur in adjumentum hominum, et in redemtionem communem per manus infirmatis nostrae in Ecclesia tua sancta, sponsa tua, quam despondisti Filio tuo, et coronasti, redemisti eam per passionem Christi tui. Et secundum apostolicam, Domine, traditionem, quae de generatione in generationem ad nos duxerat est, et ad nos usque pervenit per chirotoniam Trinitatis sanctae, et concessionem patrum nostrorum religiosorum, qui in Occidente sunt, in hac potissimum Cocheni ecclesia, communi matre omnium ecclesiarum orthodoxorum; en praesentamus coram magnitudine tua, Deus noster laudabilis, ab omnibus adorande, servum tuum hunc, quem segregasti et elegisti, ut sit catholicus patriarcha electus in ecclesia tua sancta: et umantum omnium nostrum, tuaeque divinitati grato consensu, charitatisque et honoris vinculo oramus omnes conjunctim pro eo, ut veniat super eum gratia Spiritus Sancti illapsu et inhabitatione divina, perficiatque et sanctificet, et consummet eum in opere perfecto

ministerii hujus magni et excellentis, ad quid praesentatur, gratia et miserationibus Unigeniti tui: nunc. *Et signat eum, qui ordinatur.*

Archidiaconus^{*}) proclamat:
